

Christian Ohm Eberhard Deichmann

## **Disputatio De Fideiussoribus**

Rostochii: Pedanus, 1613

**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730624811>**

Druck Freier  Zugang



50

Bürgen

R. U. für 16 B.

Christian Ohm

Resp. Eberh. Dichtmann







82

*Progr. Garantur*

52

*42*  
*42*

Disputatio  
DE  
FIDEJUSSORIBUS.

20

*Quam*

Divina adspirante gratiã

Consensu & auctoritate Amplissimi florentissima Rostochiensis  
Academia senatus Juridici

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Consultissimi Viri,

DN. CHRISTIANI D. H. M.

J. U. D.

Discutiendam proponit

EVERHARDUS DICKMAN

Osnaburga. VVestph.

Ad diem 6. Februarij, horis consuetis



*I. D. 187. 52.*

ROSTOCHI

Typis exscribat Ioachimus Pedanus.

Anno clc. Is. C A III.

*1613*



CLARISS. ET CONSULTISSIMO

Viro,

Dn. IOHANNI COTHMANNO,

Jurium Doctore eximio.

NEN NON

Excellentiss. & Praestantiss.

Viro,

Dn. IODOCO KIRCHOVIO,

Scholæ Osnaburg. Senatoriæ Rectori  
vigilantissimo.

U T E T

Humaniss. Integerrimog,

Viro,

Dn. IOHANNI Schreiber,


apud Osnaburgenses civi primario.

Dnn. fautoribus & promotoribus suis  
multis nominibus colendis

hanc Disputationem sacram  
esse vult

Everh. Dickman  
Author & Resp.


Lundabote 1207







## Positio Prima.



Idejussor, fide sua aliquid esse quod jubeat, sic dictus, *l. 24. ff. de fidejuss.* definitur is, qui pro debitore suo nomine stipulanti, promittit *Cujac. in par. ff. h. t.* salva manente obligatione principalis *l. 16. §. 3. ff. hic. l. 5. §. 23. C. eod. Myer pr. Inst. eod.*

### II.

Causa efficiens fidejussionis est personæ idoneæ fidejubentis voluntas disertis verbis explicata, *Wesemb. in par. ff. h. t.*

### III.

Quemadmodum autem sine stipulatione fidejussor non constituitur *l. 5. §. 2. ff. de V. O.* Sic etiam nemo fidejubere, nisi qui & stipulari & obligari potest *l. 3. ff. h. t.* nisi specialiter jure prohibeatur *arg. l. 43. §. 1. ff. de procuratorib. l. 12. ff. de judic. & l. 8. ff. de accusat.*

### IV.

Cæterum cum fidejussionis contractus sit onerosus, ut etiam patrimonia multorum exhauriat, crebroq; opulentos ad egestatem redigat, unde illa: *Comes sponsonis miseria.* Inde tamen hoc officium humanæ dilectionis plenum & ad conservanda hominum commercia utilissimum, non in universon, cum *Conrad. Pellic. damnandum*, sed



quasdam tantum personas ab hoc, quod singulari receptum favore arcendas esse vult. *Oswald. Hillig. in Don. enucl. 15. c. 48. in notis. lit. a.*

V.

Repelluntur ab hoc officio infantes *§. 10. Inst. de inutil. stip. l. 1. de V. O. furiosi & mente capti §. 8. Inst. eod. l. 3. ff. de injurijs, muti, surdi, l. 1. §. pen. de O. & A. d. l. 1. d. V. O. tumme ebrij: ebrietati enim comes furor est. c. venter 35. distinct. Prodigij l. 6. ff. de V. O. & ibi Cujac. Gæd. de contrah. stip. c. 7. concl. 10.*

VI.

Minores verò & ex stipulatu obligari & fidejubere posse, etiam non consulto curatore vix dubitandum, *l. 101. ff. de V. O. l. 20. de rit. nupt. Treutl. disput. hac th. 2. lit. a.*

VII.

Filius familias quoq; plenè non tantum pro patre sed pro quovis extraneo obligari & fidejubendo adstringi consentaneum est, *l. 10. §. filius familias ff. h. t. l. 8. C. eod. l. 3. §. 9. de pecul. l. 17. ff. de judic. Gæd. d. c. 7. concl. 5. n. 58.*

VIII.

Fidejubere prohibentur milites *l. 31. C. de loc. & cond. l. 8. §. 1. ff. qui situdi. cog. ne videlicet omisso armorum usu privatis sese implicent negotijs, d. l. 31.*

IX.

An autem privilegia competant militibus nostri temporis, variè disputatur. Communius in eam descensum est sententiam, competere *Gail. 2. obs. 118. num. 2. 3. 4. & 5. Et in recess. Imper. Anno 1676. de ordinat. milit. in pr. artic. 18. & art. 6. in fin. sub rubr. Von bestellung des Feldes vnd Reuter rechten/ & art. 1. sub rubr. auff die Deutschen Knechte teste Hakelm. disp. illust. quest. 22. th. 13. lit. d.*

Servus



## X.

Servus cum non ex sua persona, sed ex persona domini jus stipulandi habeat *l. 141. ff. de V.O. extra causam, peculiarem l. 3. §. 5. ff. de pecul. intercedere prohibetur l. 2. l. 19. cum l. seq. h. t.*

## XI.

Fidejussionis obligatione exempta est mulier, beneficio SCti Velleiani *l. 1. 2. §. tot. tit. ff. §. C. ad SC. vell. Zas. sing. respons. lib. 2. 18. Cujac. 20. obs. 34. Quibus autem in casibus hoc fallat, docet Petr. Frid. Mind. lib. 2. de process. cam. c. 6. §. 4. n. 19.*

## XII.

Et hoc non solum in foro fori, sed etiam in foro poli procedere, nostri Dd. communiter opinantur *Gæd. d. tract. c. 7. n. 289.*

## XIII.

An verò SCto Velleiano renunciare possit undequaq; expeditum non est: si modo de illo beneficio in specie certioretur cum *Gail. 2. obs. 77. n. 2. & per l. fin. §. 4. ad SCtm Vell. §. Non. 94. c. 2. asserere non reformidabimus Trentl. d. disp. th. 2. lit. b.*

## XIV.

Si uxor simul cum marito fidejusserit, an obligetur? *de jure Neg. Nov. 134. c. 8. Etiam si per totam Germaniam contrarium sit introductum, teste Petr. Frid. Mind. d. §. 4.*

## XV.

Sic clericis interdicta est fidejussio, si tamen à volentibus accipiantur, fidejussio subsistit *c. 1. c. 2. ext. de fidejuss. Gæd. d. tract. c. 7. concl. 18. n. 306. Valent. Franc. in tract. de fidejuss. n. 218.*

A 3

Cæte-



## XVI.

Cæterum, cum ad fidejussoriam obligationem constituendam, tam creditoris, quam fidejussoris consensus requiratur, & quandoq; usuveniat, ut minus idoneus fidejussor recipiatur: meritò in dubium vocatur, num minus idoneum fidejussorem recipiens, eum approbasse videatur? quod affirm. *l. 3. in fin. ff. h. t. l. 3. §. ult. ff. ut in poss. legator. servand. caus. esse liceat.*

## XVII.

Major dubitatio est, an qui fidejussorem dare obnoxius est, pignora in vito creditori offerre possit? Nos ad negandum] proniores, *l. 2. §. 1. in fin. ff. de reb. credit. l. 1. l. 10. in fin. ff. qui satid. cog.*

## XVIII.

Materia circa quam, & cui fidejussor accedere potest sunt omninò honestæ & possibiles obligationes *§. 1. Inst. h. t. l. 2. 4. 6. l. 8. §. 1. ff. eod. sive ex contractu utpotere verbis, literis & consensu descendant l. graca §. 1. ff. h. t. sive ex delicto vel quasi veniant. l. 8. §. 5. l. 56. §. ult. & l. 70. §. fin. ff. eod.*

## XIX.

Nec refert utrum utroq; jure *§. 3. Inst. hic l. 30. ff. eod.* an verò naturali *l. 7. l. 16. §. 3. hic* vel civili tantum subsistant *§. 1. Inst. eod. gloss. & Dd. in l. 1. eod.*

## XX.

Item an sint principales vel accessoriæ, ut in fidejussore ifidejussoris, quem nostri Schadlosß vel Rückbürgen appellant *l. 8. §. fin. ff. h. t.* Contractæ vel contrahendæ *l. 6. l. 38. §. 1. l. 57. ff. h. t.*

## XXI.

Hinc illud controversum meminimus, num fidejussio ab



ab uxore velejus patre & à marito invito pro dote con-  
servanda exigi possit? propter antiam odij & disidij  
inter conjuges imminentem *Neg. l. 1. § 2 ubi Dd. C. ne  
fidejuss. dot. dent. Gæd. d. tract. c. 6. n. 360. Mysf. S. i Inst. h. t.*

### XXII.

Quæstio etiam occurrit hæc: an à marito volente  
pro conservanda dote fidejussor dari possit? Quod  
contracta Duar. & Arumæ. cum *Gæd. prædict. c. 6. concl  
23. n. 369. & seqq. ibiq. Dd. alleg. Neg.*

### XXIII.

Obligationi tamen ex delicto ita fidejussor accedere  
potest, nisi veniat imponenda poena corporis afflictuà vel  
extinctiva *l. 13. ff. ad l. Aquil. l. 3. de cust. reor. Wesf. in par.  
ff. h. t. num. 4.*

### XXIV.

Formam fidejussionis in solenni stipulatione, con-  
sistere, non est obscurum: hæc q; semper intervenire præ-  
sumitur, si quem fidejussisse in instrumenco scriptum, re-  
periatur *S. ult. Inst. h. t. l. 30. ff. de V. O. ubi Dd.*

### XXV.

Porrò fidejussor in id tenetur, quod reus principalis  
debet *l. 8. §. 7. & 8. ff. hic & hæredem quoq; obligatum  
relinquit l. 4. in fin. ff. eod.*

### XXVI.

In aliud autem sive in plus, ratione rei loci, tempo-  
ris vel causæ obligari nullo modo potest *S. 5. Inst. h. t.  
l. 34. l. 42. §. 1. 16. hic Gæd. d. c. 6. concl. 24. n. 433. effica-  
cius tamen, puta sub juramento *Vult. 1. J. R. 39. & ut mi-  
nus debeat, potest S. 5. Inst. hic d. l. 8. §. 7. l. 2. l. 70.  
§. 2. ff. eod.**

Con-



### XXVII.

Controvertitur quoq; si fidejussor in majorem summam se obligaverit, an in totum corruat fidejussio, an verò in concurrente parte subsistat? *Hoc cum Borch. in §. fidejussores. J. h. t. Hering. h. tract. c. 24. n. 52. & seq. Affirm.*

### XXVIII.

Finis fidejussionis est, ut creditor reddatur certior. eiq; magis de debito suo cautum sit, ut cum lapsus fuerit facultatibus debitor, possit ab ijs, quos pro eo obligavit, suum consequi *in pr. Inst. hic §. fin. Inst. de replicatio.*

### XXIX.

Effectus est, quod fidejussor peræq; teneatur ac principalis ad id quod tempore fidejussionis in obligatione fuit *l. 5. C. de pact. inter empt. l. 8. C. quod cum eo qui in alter. potest.*

### XXX.

Et si plures sint fidejussores, quotquot erunt in solidum singuli obligantur *§. 4. Inst. h. t. nisi in certam partem se singuli obligarunt l. 43. ff. eod.*

### XXXI.

Veruntamen hodiè ne nimium urgeantur fidejussores, tribus saluberrimis jure provisum est ipsis beneficijs, quibus juvantur & contra creditores uti objiciendo possunt, *Myns. §. 4. Inst. h. t.*

### XXXII.

Primum est Ordinis, quod & Excussionis vocatur quo creditor fidejussores convenire prohibetur, nisi prius excusso principali. *Auth. presente C. h. t. Gail. 2. observ. 27. num. 2.*

### XXXIII.

Sunt tamen casus in quibus fidejussor hoc beneficium



fructum perdere potest, quos recenset. *Mynsing. §. 4.*  
*Institut. h. t.*

XXXIV.

Num huic quoq; competat, qui se non ut fidejussorem solum, sed principalem etiam debitorem als einen selbst Schuldner sese constituit, non leviter disceptatur. *Competere cum Dn. Cothm. part. 1. conf. 22. Hering. cap. 27. num. 142. Affer.*

XXXV.

Qui se jure jurando, obstrinxit, hoc beneficium etiam gaudet: Juramentum enim sequitur naturam ejus actus, cui adjicitur *l. 11. §. 2. ff. de jurejur. Aruma. exerc. Justin. 13. th. 18.*

XXXVI.

Alterum beneficium est remedium Divisionis ex epistola D. Adriani: quo creditor divisa actione à singulis ratam partem petere, modo litis contestatae tempore, omnes sint solvendo, potest, *l. 26. l. 27. ff. h. t. §. 4. Institut. eod.*

XXXVII.

Hancq; divisionis exceptionem, tanquam peremptoriam, etiam post litis contestationem usq; ad sententiam latam, opponi posse Affirm, per *l. 10. §. 1. ibi, ante condemnationem C. h. t.*

XXXVIII.

Tertium beneficium est Cedendarum actionum: quo fidejussori solidam solvendi, succurritur; ut ei à creditore actiones cedantur, quibus à confidejussoribus solutum pro rata consequi possit *l. 17. §. 36. & l. 39. ff. h. t.*

XXXIX.

Quod si creditor credere nolit, præter virilem portionem

B

tionem



tionem ut solvat fidejussor compelli nequit *l. 17. C. h. t. l. 2. C. cod. Treutl. d. disp. th. 6. lit. a.*

XL.

Hoc tamen ante, vel in ipsa solutione à creditore petendum est: post enim solutionem factam, frustra opponitur hæc exceptio. *Treutl. d. loco th. 6. lit. e. Wess. in par. ff. h. t. num. 6.*

XLI.

Cessis actionibus & facta solutione, competit fidejussori adversus principalem debitorem, ejusq; hæredes vel Actio mandati *§. 6. Inst. h. t. l. 53. ff. mand. l. 6. C. eod. vel Negotiorum gestorum, videlicet si pro ignorante intercesserint l. 20. §. 1. h. t. l. 1. 2. & tot. tit. ff. de negot. gest.*

XLII.

Quibus actionibus non tantum principale debitum sed omne etiam damnum, expensas & interesse repetit *§. 6. Inst. h. t. l. 27. §. 4. l. 53. ff. mandat.*

XLIII.

Tandem tollitur fidejussio iisdem modis, quibus principalis obligatio *l. 43. ff. de solut. quam multis vero hoc fiat modis, vid. sub. iii. Inst. quib. mod. toll. oblig.*

XLIV.

Si autem fidejussor diu in obligatione steterit, an contra debitorem ut fidejussoria obligatione liberetur jure agat? Affirm. *Job. Fab. ad l. 10. C. mandat. Donell. 13. com. 13. Gail. 2. observ. 29.*

XLV.

An studiosus fidejussor si in aliam Academiam migrare velit, rectè agat ad liberationem? quod cum communi asserimus, *vid. Auth. Habita C. ne fil. pro. patr. l. 15.*



*l. 15. ibi, profectio urgens ff. de recept. arbitr. Gail. 2. observ. 29.  
nam. 19. cum ibi allegatis.*

### XLVI.

Numerum claudat, Num prorogatione termini à creditore debitori, in scio fidejussore facta, fidejussoria dissolvatur obligatio, & fidejussor liberetur? *Neg. l. 7. de locat. l. 13. §. 11. ff. eod.* Prout autem dubia & anceps est hæc quæstio, ita cautiores eo casu solent esse creditores, & clausulam hanc addere, quia faciunt fidejussorem promittere, Das er der Bürgerschaft nicht ehe wolle los sein / es sey dann Brieff vnd Siegel durch ehrbare Zahlung gelöst.

## PARERGA.

### I.

*Nunquid Principi saluum conductum, quem gravissimarum facinorum reis concessit, infringere liceat?*

### II.

*Vtrum Regis aut Principis filij, ante Imperium aut Ducatum nati, in regno succedant?*

### III.

*Ecquid provocatus, si in adibus aliove loco tuto commoretur, ad duellum vel certamen provocanti, honoris sui defendendi causa, comparere debeat?*

*An*



IV.

*An foemina semel per masculum, à successione feudi remota, perpetuò maneat exclusa: an verò deficiente masculo, jus adhuc succedendi in feudum habeat?*

V.

*Utrum vasallus, contra dominum feudi in causa civili ad vocationem suscipiens, feudo privetur?*
















urgens ff. de recept. arbitr. Gail. 2. observ. 29.  
allegatis.

### XLVI.

claudat, Num prorogatione termini à cre-  
fincio fidejussore facta, fidejussoria dissol-  
& fidejussor liberetur? Neg. l. 7. de locat.  
1. Prout autem dubia & anceps est hæc  
iores eo casu solent esse creditores, & clau-  
ere, quia faciunt fidejussorem promittere,  
gerschafft nicht ehe wolle los sein / es sey dann  
gel durch ehrbare zahlung gelöset.

## PARERGA.

### I.

uid Principi saluum conductum,  
ssimarum facinorum reis concessit,  
liceat?

### II.

Regis aut Principis filij, ante Im-  
Ducatum nati, in regno succe-

### III.

provocatus, si in adibus aliove lo-  
amoretur, ad duellum vel certamen  
i, honoris sui defendendi causa, com-  
eat?

An